



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

DXIX. Bischof Berthold von Verden bestätigt die Statuten des kleinen
Kalands in Salzwedel, im Jahre 1491.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

DXIX. Bischof Berthold von Verden bestätigt die Statuten des Heinen Kalands in Salzwedel, im Jahre 1491.

Bartoldus, Dei et apostolice sedis gracia Episcopus Hildensemensis et Verden-
 sis — vniuersis et singulis Cristi fidelibus vtriusque status hominibus presentes nostras literas visuris,
 lecturis, auditoris seu inspecturis salutem in Domino. — — Noveritis, quod hodie — coram nobis
 honorabilis vir Dominus Johannes Krudener, perpetuus Vicarius ecclesie beate Marie veteris
 opidi Soltwedel nostre Verdenfis dioceseos fraternitatis minorum Kalendarum dicti opidi Solt-
 wedel Decanus, ipsius et eiusdem fraternitatis fratrum nominibus et quasdam consuetudines seu
 ordinationes dudum et hactenus inter ipsos Decanum et fratres in divinis officiis aliisque laudabili-
 bus ministeriis obseruatas nec non eiusdem fraternitatis approbationis et confirmationis literas du-
 dum per felicem recordationis Henricum, quondam dum vixit Verdenfis ecclesie Episcopum, prede-
 cessorem nostrum, de et super dicta fraternitate et ipsius ordinationibus datas et concessas sanas
 illesas non viciatas nec cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vicio et
 suspicione carentes sigilloque oblongo sigillatas nobis exhibuit et presentauit tenoribus subsequenti-
 bus. Tenor vero dictarum consuetudinum et ordinationum sequitur et est talis: In nomine etc.
 Aiunt septuaginta II Machabaeorum XII: sancta et salubris est cogitatio pro defunctis orare, vt a
 peccatis solvantur, et alibi: Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Nos igitur Her-
 mannus, plebanus in Couelde, Johannes, plebanus in Berga, Marquardus, plebanus in
 Chüden, Hinricus de Oueffelde et ceteri huius subscripti devote fraternitatis et pie con-
 gregationis proximi fundatores, influenza diuine misericordie moti et informati ob viuorum et mor-
 tuorum presbiterorum et pauperum clericorum presentium et futurorum compacentiam atque diu-
 narum rerum agendarum augmentum, huiusmodi fraternitatis et congregationis vnionem statuimus
 et ordinauimus in opido Soltwedel Verdenfis dioceseos in hunc qui sequitur modum: Primo cum
 aliquis sacerdos pauper vel scholaris in nostra fraternitate et congregatione receptus et admissus
 ab hac vita decesserit, si scholaris est de grege magistri faciet idem magister illi fieri pulsationem
 campanarum per suos scholares ut moris est et si magister recusauerit pulsationem facere, tunc de-
 canus et tutores fraternitatis nostre talismodi scholari pulsationem fieri procurabunt. — Item si ali-
 quis sacerdotum in nostra fraternitate pauper moreretur, ut que ad suam sepulturam sacerdotalem
 pertinerent de suis facultatibus necessaria haberi non possent, eadem Decanus cum suis tutoribus de
 nostra camera fieri procurabunt. Statuimus ut quilibet sacerdos in exequiis fiendis per Decanum
 aut eius nuncium vocatus compareat. Et si tale sanus sacerdotis fuerit, extinctus per quatuor presbite-
 ros iuniores ad locum sepulture deportetur absque conductione. Et si aliquis eorum recusauerit
 unam libram cere absque gratia et contradictione dabit. — Item statuimus et obligamus nos, ut
 ante summam missam unusquisque, qui gratiam habet celebrandi, ad altare proprium missam pro de-
 functo legat vt in summa missa comparere valeat cum oblationibus ut moris est. Et hoc verum si
 sit frater eleemosynarum. Et tunc quatuor presbyteri per Decanum ad hoc ordinati circa tumbam
 sub elevatione corporis demortui incipiant trina vice istam gloriosam antiphonam: Domine suscipe
 me. In fine misse omnes erimus presentes vices nostras gerentes circa tumbam commendationem
 faciendo. — Item quilibet frater receptus siue clericus siue laycus tenetur dare sua statuta et . . .
 Et si quis de nostris fratribus solutionem statutorum non fecerit ex tunc solennitates que fieri de-
 beant, huiusmodi non soluenti in exequiis peragendis obmittantur. — Item decreuimus quod quater

in anno omnes simul conveniemus in ecclesia beate Marie virginis, videlicet dominica proxima post Martini de vespere vigiliis decantantes et feria secunda proxima de mane missam peragentes. Hoc idem erit faciendum dominica proxima post purificationis Marie et Dominica misericordias Domini, nec non Dominica proxima post Jacobi Apostoli faciemus in eadem ecclesia sive in choro preparari tumbam cum serico vel purpura cum candelis laudabiliter incensis ac si presentia funeris adesset, vbi iunior sacerdotum primam lectionem in vigiliis legat, deinde alter secundum ordinem legat secundam et sic procedendo usque ad sextam, quam Decanus respiciat: vigiliis expletis pro laude gloriose virginis Marie una antiphona secundum quod tempus exposulat solenniter debet decantari. Et tunc decanus suis confratribus collationem solennem ordinabit providebitque de singulis necessariis et requisitis. Postea autem Decanus dicat gratias. Post hoc psalmum de profundis cum collecta: Deus venie largitor et fidelium. Item die sequenti due misse sunt decantande una pro defunctis, quam decanus per se aut per alium decantari faciat cum Collecta: Deus venie beate et gloriose semper virginis Marie; Deus qui nos — — — omnipotens semper, Deus qui viuorum et fidelium. Item ante inceptionem misse Decanus faciet publicam memoriam confratrum nostrorum defunctorum et aliorum qui se commendaverunt nostris orationibus. Item missa pro defunctis finita officialis chori coacceptis sibi ministris, hoc est, de nostris presbiteris iunioribus, missam de beata et gloriosa virgine Maria solenniter celebrabit corpore — — apportato ad summum altare. Missa finita omnes presbyteri nostre fraternitatis cum Decano processionaliter et decenter ad mensam confluent, ubi per ministrum fraternitatis legetur nouum aut vetus testamentum aut stella clericorum secundum quod Decanus intulerit legendum. Item mensa sic ordinabitur ministrans illo die procurabit de carnibus tria fercula et unum de strinnulo (?) panem triticeum et cerevisiam Soltwedelensem prout sufficit fratribus et mense nostre, Olea, pulmenta et casei pro ferculis non habentur. Postquam vero de mensa surreximus et gratias Domino Deo egerimus, tunc reliquie eleemosinarum per Camerarium nostrum aut rectorem scholarum in manus pauperum scholarium largiantur. Item si fratrum nostrorum aliquis absens in loco alio moreretur datisque statutis extunc Decano id notificato fratres nostros convocari faciat, vigiliis et missam decantantes ac si idem funus presens adesset. Item ordinamus, quod presbyteri et fratres nostre fraternitatis — — et secundum ingressum eiusdem stallum et locum habeant in choro et singulis aliis stationibus conviviis et, congregationibus. Etiam si aliquis sacerdos fraternitatis nostre qui nempe ministrabat in partibus alienis extiterit et post successum temporis pro suo stallu intulerit et pulsaverit, tunc iunior debet cedere et dare locum suo seniori absque vlla contradictione. Preterea si in nostra fraternitate aut in convocatione fratrum alicue rixe et guerre inter duos vel tres suborte fuerint, hiis sic rixantibus Decanus coram tutoribus debet imponere silentium. Et quis illorum silentium prima fronte renuerit unam libram cere dabit. Si secundo recusaverit, iterum unam libram cere absque misericordia dabit. Si tertio in sua duricia perseveraverit de nostra fraternitate sit eliminatus et ipso facto expulsus. Item si inter fratres aliqua discordia oriretur, Decanus et sui tutores ambas partes convocent amicabilem compositionem attemptantes, antequam ad iudicem aliquem deferatur. Quam si efficere non valeant, extunc coram iudice sua iura perficiant. Item statuimus etiam quicumque mandata decani in divinis officiis perficiendis recusaverit aut ad convocationem fratrum pro communi utilitate non comparuerit post transgressionem istius mandati carentiam in quatuor memoriis immediate sequentibus sustinebit, nisi se possit honeste et rationabiliter excusare. Item quicumque de nostris confratribus tercio responso in vigiliis dicto et finita epistola in missa chorum intraverit penitentia carebit, sin autem post hoc strepitum ulteriorem in dictis officiis diuinis faceret, unam libram cere dare tenetur. Item

nullus absque licentia Decani aut senioris exire presumat sub pena et carentia unius memorie. Item volumus et nos omnes arbitremur, quod nostris in futurum recipiendis confratribus actu et in propria persona tempore sue receptionis vel postmodum parochialem ecclesiam quovis modo gerentibus etiam si nobiscum divinis intersint presentia sua cottidianas distributiones non dabimus ut sic curam animarum regentibus via evagandi dissolutionisque materia precludatur et ut in eorum ecclesiis divino cultui eo attentius insistant, gregem divinum sibi creditum diligentius verbo vitæque instruant et quod maximum est curam animarum fidelius respiciant, ne officium propter quod datur beneficium obmittatur. Item protestamur et inviolabiliter statuimus observandum cum manifesta recognitione presentium: si quis nostrum quasi ausu temerario Decano nostro ac Dominis nostris confratribus minorum Kalendarum presentibus verbo vel facto notabilem moveret vel faceret insolentiam, talis tribus edictis monitus infra mensem dabit nobis marcam argenti Brandenb., quam si solvere neglexerit statim sine alicuius contradictione . . . a nostra fraternitate sit eliminatus, donec penitentia ductus Decani nostri ac Dominorum nostrorum favorem et gratiam denuo valeat adipisci etc. etc.

Num. Es folgt die Bestätigungsurkunde B. Heinrichs von 1376 und die Bestätigung des Bischofs Berthold in ungewöhnlicher Breite ausgedrückt; endlich der Notariats-Bemerk, ebenfalls sehr wortreich.

Danneil's Kirchengesch. der Stadt Salzwehel, S. 51.

DXX. Der Böddenstedter Müller verkauft mit Zustimmung des Rathes in Salzwehel der Gewandtschneidergilde daselbst eine Pacht aus seiner Mühle, am 22. Mai 1492.

Wy hans rodenzee, Diderick alingkltede, hans besendal, ludeke holtorp, Otto vinczelberg, herman lysten, hans werkmester, Clawes brewitz, Jacob alem, hoygir wittekop, hans groteian, hans münter, Diderick mechow, herman chuden, hans merin, kersten hunickes, werner schermer vnd hans gusseuelde, Radmanne to Soltwedel, Bekennen — Dat In der Erlamen Hans rodensee vnd Jacob mechow, güldemester der wandtsnider gülde In vnser Oldenstad, vnd vnser Jegenwordicheid vnd mit der sullsen güldemestern vnd vnser weten, willen vnd vulbordt paschen moller, Moller to Boddenstedt, In vnde vth der suluen mollen to Boddenstede vorkofft hefft recht vnd redeliken to eynem rechtin erskope, vorkofft ok in crafft dises brefes, Eynen haluen wispel roggen Jarlikes pachtet etc. — Darvor de genomede heyne gherkens woll to dancke denn vppenannten paschen vnd syner mollen besiteren, den wedderkop hir anne tobeholden etc. — To orkunde mit vnser oldestad Ingeligel vorlegelt Na cristli vnser herrn gebord vinteynhundert Jare, dar na Im twe vnd Negentigesten Jare, am Mandage na dem Sondage Cantate.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Salzwehel, Fach 14, No. 43.